Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8252
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Ad tm uclamauerunt ad te et
exultauerunt · ad te sperauerunt et non
sunt confusi · ego autem sum
Ps. Viri autem dolos non inuenient
et humiliabunt eos deus · quoniam
tu es deus meus · in manibus tuis
sortes meae · erripe me de manibus
inimicorum meorum · et a persequentibus me
Ps. Domine in tua misericordia
speraui · exultabit cor meum in salutari tuo
Ps. Cantate domino canticum nouum
quia mirabilia fecit · salutem fecit
dextera eius · et brachium sanctum eius
Ps. Notum fecit dominus salutare suum
ante conspectum gentium · reuelauit iustitiam suam
Ps. Memor fuit misericordiae suae
et veritatis suae domui israel · omnes fines terrae
Ps. Iubilate deo omnis terra · cantate et exultate et psallite
Ps. Confitemini domino in cithara · in cithara et voce psalmi
Ps. In tubis ductilibus et sonitu tubae · iubilate in conspectu regis domini
Ps. Ipsi sonent · quoniam ipse fecit nos et non ipse nos
Ps. Ingredimini portas eius in confessione · atrium eius in laude
Ps. Confitemini illi · benedicite nomini eius
Ps. Quoniam suauis est dominus · in aeternum misericordia eius
Ps. Et usque in generationem et generationem veritas eius
Ps. Ipse fecit nos et non ipsi nos · populus eius et oves pascuae eius